Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8263
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sabbata inquit non feram et festiuita
tes vestras odiuit anima mea Et sequitur
verbum sancti Jeronimi ocium sine licteris
mors est et viui hominis sepultura Miser
quitque longo tractu temporis didicisti liber
nale ocium exsufflauit petrus blesensis
epistola ix

Cum effeminari quidem ocio decore pi
gricia nichil aliud est quam suffocare vir
tutem nutrire superbiam viam construere
ad gehennam de hiis dicitur In laboribus
hominum non sunt et cum hominibus non flagella
buntur Ideo tenuit eos superbia procul dubio
qui non flagellantur cum hominibus imppe
tuum flagellabuntur et qui cum hominibus
non laborant cum demonibus laborabunt
petrus blasensis epistola ix

Cum ocium sine litteris mors est teste Je
ronimo et viui hominis sepultura vaca
tio a sollicitudinibus seculi ocium est de quo
salomon sapiens scribitur in ocio et qui mi
norant actu percipient eam petrus blesensis
epistola c xliiij et incipit monueram vos
epistola C xxvij que incipit i iubeo Comen
dacio Odonis parisiensis episcopi
Occultare vide dignitas religio confiteri
Occultus vide adulator
Oculus vide cogitacio eciam inmunitas
gula terena

Cum quidem perfectum sue perfectorum
est si petrum in homine non hominem in petro ha
beatis exposita petrus blesensis epistola l vi
de parentes

Offendere vix unum transigimus diem
in quo non offendamus deum a primum
nascendo detrahendo murmurando in
uidendo scandalizando cupiendo garri
endo sequendo gulam obsequendo carni
contradicendo spiritui appetendo que sunt
seculi contempnendo que sunt dei obliuis
cendo quam enormia fecimus quam dura me
ruimus quam misericorditer deus nos ad pe
nitenciam dissimulando expectet quam ter
ribilia comminetur quam incerta mors qua
terribilis et inestimabilis pena mortis in
maneat petrus blesensis epistola c xij
Offensus vide princeps

Attende

Officialis officium officialium quorum te
mio aggressi Hodie est cura confundere
suscitare lites transactiones rescindere
innectere dilaciones veritatem supprimere fo
uere mendacium questum sequi equitatem
vendere inhyare exactionibus versucias
continuare Isti sunt qui hospites suos
grauant superflua euectione et multitu
dine clientele querunt delicatos et sup
fluos cibum cum scriptum sit comedentes et
bibentes que apud illos sunt De alieno
enim prodigi de suo sunt auari verborum
sunt insidiatores aucupes sillabarum
tendunt laqueos inscripturam pecunie
iura interpretantur ad libitum et ea pro
voluntate sua nunc abdicant nunc admit
tunt bene dicta deprauant prudenter alle
gata peruertunt rumpunt federa nuptias
simulantes fornicaciones dissimulant
matrimonia distrahunt adulteria fouent
domos penetrant et mulierculas onera
tas peccatis captiuas ducunt diffamant
innoxios et nocentes absoluunt et ut
multa sub paucitate verborum concluda
dam dum omnia venalia agunt filii aua
ricie serui mammone se dyabolo ve
nales exponunt petrus blesensis epistola
c xxv

Officialis dum auaricie et cupiditati
sue satisfacere student depredantur paupes
simplicibus insidiantur fouent impios
opprimunt innocentes exultant in rebus pes
simis letantur cum male fecerint peccata
populi comedunt luxuriantur in lacrimis vi
duarum et in fame pupillorum in pauperum
mendicitate in affliccione simplicium Et
sequitur deuorat istum impius rusticum
curiaster exactor innocentem simpli
cem fraudulentus ministerialium plebs
tanta multitudo est quanta est locustarum
ut illis recedentibus illi succedant deuo
rant excaliunt et consumunt impletur quoque
in eis illud propheticum residuum eruce co
medit locusta residuum locuste comedet
bruchus residuum bruchi comedit erugo
Et sequitur Isti sunt sanguisuge principum
sicientes assidue et bibentes sanguinem
alienum petrus blesensis epistola xcv

Officialis maiores vero officiales ta
les duntaxat sibi substituunt quos expec
tacio lucri vel affinitas aut natiua a
nutritura commendat Ideo sapiens mise
rabili lamentacione conqueritur tenentes
inquit legem nescierunt me Judices fue
runt et ego ignoraui Petus equidem iu
dicialis equitatis misterium non ex car
nis dilectione sed ex sola debet electione
homini a deo certa dispensacione procedere Cer
te cum moyses dubitabat de filiabus salaphat
iudicio domini ad principe hereditatis beneficium sit
admisse Petrus blosensis epistola xcv